



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ad annum Christi 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118618**

§. 98. Vicecomitis conatus apud Lotharingium pro Bononiensi itinere a  
Cæsare. & Papa ineundo.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

§. XCVIII.

Sæcul. XVI.

A.C. 1563.

*Vicecomitis conatus apud Lotharingum pro Bononiensi itinere a Cæsare, & Papa ineundo:*

Sequenti feria secunda Vicecomes Lotharingum Cardinalem præter omnem illius expectationem visum ibat, eique Borromæi Cardinalis literas tradebat. Postea continuato colloquio præcipuum itineris sui caput exponendi opportunitatem nactus eidem persuadere nitebatur, necesse omnino esse, ut Papa Bononiam veniret: si enim, prosequeretur Vicecomes, Pontifex hoc iter susceperit, Imperator quoque eo contendet, ibidemque ab eo coronabitur, simulque ambo Synodi exitum maturare eo facilius poterunt. Dein Vicecomes ad Cardinalem conversus addebat: „tu solus hoc iter Pontifici „persuadere poteris, eique ingentia proponere commoda, quæ exinde in totam Christianam Rempublicam redundatura sunt: quinimo de propria Pontificis utilitate agitur, quippe hac ratione antiquam Cæsares coronandi possessionem confirmabit: aliunde etiam id sæpius promiserat Pontifex, proin in Eminentiae vestrae gloriam cedet, quod illum ad exequendam suam promissionem induxerit, cujus „exi-

*Pallav. l. c.  
Lett. de  
Vise. p. 175.*



Sæc. XVI.  
A.C. 1563.

„exitum, & promptam executionem qui-  
dem Cardinalium potissimi, omnes-  
que, quibus Sacræ Sedis honor, ac  
„emolumentum cordi est, ardentè ex-  
„optant. Hanc in rem adhuc plura  
alia subjecit Vicecomes, Cardinalis  
vero Lotharingus sæpius vultum mu-  
tasse videbatur.

Altera die rursus convene-  
rant, ubi ambo ultro citroque suas  
difficultates proponebant: nullum ta-  
men certum responsum Vicecomes a  
Lotharingio Cardinale extorquere pot-  
erat, nisi quod hic reponeret, expe-  
ctandum esse Pontificis responsum ad  
Cæsaris literas, se vero, quamprimum  
Tridentum reversurus esset, sedulo Fer-  
dinandi Cæsaris mentem exploratu-  
rum, sique sua opera foret necessaria,  
nequaquam se suis partibus defuturum.  
Quinimo his addebat: de Bononiensi  
itinere jamjam sermonem habui, nec ab  
illo alienum reperi Cæsarem, spe con-  
cepta, quod Papa ibidem reformationi  
sedulo incumbere vellet: circa postre-  
mum vero hunc articulum Cardinalis  
fufius excurrens hæc effatus est, „ip-  
„ego hanc emendationem desidero  
„tanto ardore, ut nulli omnino labori par-  
„cere paratus sim, dummodo illa pro-  
„curetur; necessaria enim est tam in  
„Capite, quam in minimis membris, præ-  
„cipue



Sæc. XVI.

A.C. 1563.

„cipue cum jamjam malum tam altas  
 „egerit radices, ut vix ultra toleran-  
 „dum sit. Dudum ego antea existima-  
 „bam, plures in Gallia esse abusus,  
 „quam aliis in locis: sed nunc depre-  
 „hendo etiam in Italia non deesse ejus-  
 „modi corruptelas, quæ facessent ne-  
 „gotium: siquidem ibidem conspi-  
 „ciuntur Ecclesiæ Parochiales, ac be-  
 „neficia, quibus animarum cura est an-  
 „nexa, atque commissa Cardinalibus,  
 „qui nihil aliud respiciunt, nisi ut redi-  
 „tus percipiant, hinc eas desertas re-  
 „linquunt, cura pauperculo alteri Pres-  
 „bytero commissa: inde vero nascun-  
 „tur Ecclesiarum ruinæ, Simonia, &  
 „infinita alia mala, in quibus curan-  
 „dis & Principes, & eorum Ministri,  
 „lento pede hucusque progressi sunt,  
 „sperantes, tandem aliquando factum  
 „iri desideratam reformationem: ipse  
 „quoque hac spe distentus caute, & cir-  
 „cumspecte hucusque egi, sed cum cer-  
 „nerem, jam tandem tempus esse, ut  
 „pro Dei honore libere, & fortiter me-  
 „geram, nolo diutius conscientiam  
 „meam gravare, sed quamprimum sen-  
 „tentiam meam dicturus sum, mox  
 „statui hac de re verba facere. Insu-  
 „per cum mea familia pro conserva-  
 „tione Religionis, & cultus divini tam  
 „multa perpessa sit, ut duo etiam Fra-  
 „tres



Sæcul. XVI.  
A. C. 1563.

„tres mei pro tuenda fide vitam amife-  
„rint, ego quoque lubenter eodem in  
„opere vitam ponere paratus sum: de  
„cetero non est, cur Sanctitas sua iis  
„aures adhibeat, qui ipsam a piæ fuæ  
„mentis proposito avertere conantur, sed  
„illud apud se statuere deberet, hanc sibi  
„mercedem apud Deum promerendam  
„esse auferendis abusibus Ecclesiæ. His  
„dictis denique subjunxit: ad Synodum  
„adventantibus novis Legatis, quibus  
„Pontificis mens est abunde perispecta,  
„abs dubio cognosci poterit, quo ani-  
„mo Sanctitas sua sit pro reforma-  
„tione, ac proin Legati ultra excusa-  
„tionem dilatæ emendationis obten-  
„dere haud poterunt. (\*)

§. XCIX.

*Vicecomitis responsum ad Cardinalem  
circa quosdam articulos.*

*Viscont. t. I.  
p. 187. 188.  
Pallav. l. 20.  
c. 9. n. 9.*

Ad calcem hujus colloquii Lotharin-  
gus Cardinalis manifeste prodidit,  
suam

(\*) Quam nequiter Continuator hæc tam  
ex suo cerebro, quam ex Sarpîi (quem tamen  
allegare ausus non est) mendaciis confarci-  
naverit, haud manifestius deprehendi potest,  
nisi dum Continuatoris dicta cum Pallavicino  
& Sarpio conferantur, ad quos, cum pro-  
lixius excurrere necesse foret, Lectorem re-  
mittimus.